



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Disquisitio I. An, & quid potestatis saltem indirectè conveniat Papæ circa  
jus Divinum, non equidem formaliter in se spectatum, sed ratione  
substrati ab hominis arbitrio promanantis, materialiter ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

Regni leges habentur, quales sunt appellations tanquam ab abusu, judicia criminalia de personis Ecclesiasticis in Tribunalibus Laicorum prætextu casuum privilegiorum, cognitio caularum Ecclesiasticarum, & spiritualium sub prætextu possessorij, & alia multa, de quibus recurrer sermo, ubi de singulis libertatum Ecclesiae Gallicanæ capitibus tractandum erit.

7. Sequitur in prædicta propositione; Patrumque terminos manere inconcusso, atque id pertinere ad amplitudinem Apostolica Sedis, ut statuta, & consuetudines tantæ Sedis, & Ecclesiastarum consensione firmata, propriam stabilitatem obtineant. Magnifica verba, &, ut sonant, obvijs olnis excipienda? Si enim per regulas, mores, & instituta à Regno, & Ecclesiâ Gallicanâ recepta, nihil aliud intelligatur, nisi statuta, & consuetudines Apostolica Sedis, & Ecclesiastarum consensione firmata, & quissimum est, ut propriam stabilitatem obtineant, Patrumque termini maneat inconclusi. Opera autem premium eset, statuta ejusmodi, & consuetudines perceperent, ac quid, & à quo in illa peccetur, notare, promptissimumque remedium apponere.

8. Alioquin enim nequaquam tollitur suspicio, ne sub honestorum verborum specie occultetur animus, sanctæ Sedis Decreta proprijs rationib[us] accommodandi, & quidquid minus commodum v[er]sum fuerit, licet alias Canonica disciplina congruum, & Ecclesiæ utile, respundi.

9. Quamvis autem non constet, quæ sint illa statuta & consuetudines; Summo tamen Pontifici opponi intelligimus, & ex temporis circumstantia conjicitur, ea esse præsentim, quæ in negotijs superioribus his annis gestis, violata esse, querebantur Episcopi.

10. Ex hoc sumario prædictæ propositionis examine quam plures etiam particulares, Ecclesiam Gallicanam, ejusque prætensam libertatem, vel etiam Regia circa res Ecclesiasticas jura concernentes, moveri hic possent disputationes, quas tamen in præsentis restringimus ad sequentes. 1. An, & quid potestatis saltem indirectè conveniat Papæ circa jus Divinum, non equidem formaliter in se spectatum, sed ratione substrati ab hominis arbitrio libero promanantis materialiter sumptum? 2. Quanta sit Papæ auctoritas erga sacros Canones, & decreta Occidentalia Conciliorum? 3. Annou Papæ dumtaxat, sed etiam Episcoporum iurisdictio sit immediate à Christo? 4. Quisque extendatur Papæ iurisdictio in ordine ad forum contentiosum Ecclesiasticum? 5. Quia fuerit antiqua Ecclesiæ disciplina circa formam judiciorum, specialiæ Appellationum ad Sedem Apostolicam? Vbi agitur contra Elliesum Theologum Parisiensem? 6. Quanam in via facti circa appellations ad Romanum Pontificem exhiberi queant solidæ probationis fundamenta? Vbi rursus agitur contra Elliesum? 7. Quid auctoritatis habeat Papa circa beneficia, & bona Ecclesiastica? 8. Quid possit circa Ecclesiam Gallicanam, ejusque specialia jura & libertates? 9. Quid erga jura Episcopalia? 10. Disquiritur specialiter adversus Elliesum, quanam sit radix & origo præminentiarum Ecclesiasticarum? 11. Quid Papa possit circa jura Regia, causas Ecclesiasticas

præteritum concernientia? 12. In quo censu habenda sit Gallicana libertas prætensa adversus jura Ecclesiastica? 13. Quenam fuerit antiquitus disciplina circa Excommunicationem? Vbi denud agendum est cum Elliesio? 14. Quid sentiendum sit de appellationibus intrâ Galliam ad Iudices seculares interponi solitis ab abuso Ecclesiastice jurisdictionis? 15. Ex quibus anterioribus fundamentis tales ab abuso appellationes justificantur à Gallicanis Doctoribus? 16. denique, Quid de Regalia, ejusque extensione videatur sentiendum?

### D I S Q U I S I T I O I.

An, & quid potestatis saltem indirectè conveniat Papæ circa jus Divinum, non equidem formaliter in se spectatum, sed ratione substrati ab hominis arbitrio promanans, materialiter sumptum?

#### S. I.

**N**ON posse Papam in Iure Divino dispensare, probat Author Regalis sacerdotij lib. 4. §. I. tum Summorum Pontificum testimonijs. Etenim Urbanus Papa in Cap. San quidam. 25 q. 1. relatus expressè decernit: Vbi aperte Dominus, vel ejus Apostoli, & eos successores sancti Patres, substantialiter aliquid definierunt, ibi non novam dare legem, sed potius, quod predicatum est, usque ad animam & sanguinem confirmare debere Romanum Pontificem: cum si, quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruire interetur, non sententiam dare, sed magis erate convinceretur. Innocentius III. in Cap. Litteras. De restit. spoliat. disertis quoque verbis statuit: In gradibus consanguinitatis Divina lege prohibitis, dispensari non posse, bene tamen in interdictis constitutione humana. Alexander III. in cap. Super eo. 4. De usur. Cum usurarum crimen urbisque Testamenti pagina detestetur, negat, super eo posse fieri dispensationem. Tum auctoritate primiorum Theologorum, Divi Thomæ 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3. item in 4. dist. 47. art. 4. & in quadl. 4. q. 8. art. 3. Dist. Bonaventurae in 4. dist. 38. art. 2. & S. Antonini 3. p[ro]posit. 22. cap. 7. §. 23. Tum denique multis rationibus cit. §. 1. n. 3. deductio.

Cujus tamen resolutionis lux idem Author n. 5. eas facit limitationes, ut assertat, Summum Pontificem posse in jure Naturali permisivo, sive non præceptivo, nec non in votis, & juramentis Deo factis, atque Apostolorum Canonibus, non ex Divina lege, sed humana Apostolorum auctoritate constitutis, ex causa dispensare: posse insuper in conclusiōibus, quæ non necessarij, sed dependentes ab humano arbitrio sunt ex naturalibus principijs deductæ, Papam, aliūmve Principem dispensare; posse denique Divinam, naturalemque legem, quando sunt dubia, interpretari, & an in particulari eventu aliquo obligent, nec ne, auctoritatē decernere. Horum accurasier discussio videtur equidem potest apud præcitatum Authorem, nos vero in præsentis ad hoc intenti erimus, ut videamus, quodque extendi valeat indefinita Apostolica Petro

commissæ authoritatis *Quodcumque ligandi & solvendi potestas?*

64

*Adversariorum argumenta referuntur ac  
expendantur cum suis responsionibus, &  
conclusione super hys re-  
flexiva.*

**A**dversariis hic voramus, qui ex utraque parte versantur in extremitate, per nostram denique conclusionem reducendā ad conveniens aliquod moderamen.

*ARGUMENTUM I.*  
*Adversariorum.*

**E**x Canonistis quām plures, speciatim Abbas in Cap. Proponit. n. 20. De concess. praēbend. Felinus in Cap. Ecclesiasticum. n. 19. & 20. De constitut. affirmant simpliciter, jus Divinum posse a Papa dispensari: fundamento hujus assertiōnis sua desumptio ex Christi Domini verbis Matth. 16. dicentis ad Petrum: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in celis.* Ex his enim verbis colligimus, Papae esse facultatem ac potestatem dispensandi in iuramentis & votis, & in matrimonio rato. Et hinc in talibus relaxationibus Pontifex utitur verbo dispensandi, quo manifeste insinuat, non per solam declarationem, sed per dispensationem tolli vincula ejusmodi. Similiter spirituale matrimonium inter Episcopum & Ecclesiam suam spontāne esse Juris Divini, autoritate tamen Pontificia relaxabile, sed dispensabile, conitat ex cap. *Inter corporalia.* De Translat. Episc. At Pontificem solvendo istud vinculum, non uti potestate humana, sed Divinā, id est, Divinitus concessā, patet ex eodem Canone.

Agnoscenda igitur est in Pontifice potestas quedam Divina, vi cuius possit relaxare Jus Divinum, non quidem in omnibus, sed in aliquibus præceptis, uti advertit Sanchez. cit. n. 6. pro hoc dignofendo talem statuens regulam; quod aliqua sint præcepta Divina, quorum relaxatio in nullo excogitabili casu possit expediens esse, cujusmodi sunt de non forniciando, de honorandis parentibus, de servandis formis Sacramentorum divinitus institutis: econtra vero alia sunt præcepta Divina, quæ licet in universum expediant, in aliquo tamen particulari casu possint non expedire, & sic admittere dispensationem; vellet in iuramentis, votis, matrimonio rato, & similiibus.

### Responsio.

**I**N illis Christi Domini verbis apprimè observandum est, quod Apostolica Petro, ejusque Successori commissa authoritas non absoluat protendatur ad quocunque homini inexistens vinculum, sed ad solvendum *Quocunque super terram.* Quod ergo Summus Pontifex solvere potest Juris vinculum, hoc de illo genere esse debet, *quod est super terram*, adeoque fundatum in aliquo hominis Ecclesiæ subjecti actu morali.

### Obje&io.

Instari potest ex parte adversa. Hanc re-  
sponsonem videri nixam illa Theologorum  
distinctione, quā censent, discernendum esse  
in jure *Divino*, quatenus unum sit *absolutè* de-  
rivatum ex Dei arbitrio, qualis sunt *Divina*  
*præcepta* sive *naturalis juris*, sive *institutionis*  
*Christi*, quoad *Sacramenta & similia*: alterum,  
verò sit ortum à voluntate humana, atque *ex*  
*hujus* duntaxat suppositione incipiat exerere  
*suam* *ex jure Divino obligationem*: cujus-  
modi est votum & juramentum. Anne igitur  
in hoc posteriori saltem juris *Divini* genero  
locus esse potest *strictè ac propriè dicta dispensa-*  
*tioni* per *Summum Pontificem facienda?*

### **Responsio.**

**S**unt equidem ex Theologis & Canonistis,  
speciatim Richardus in 4. diff. 38. q. 9. 9. in  
*Corp.* & ad 1. ac Hostiensis *Cap.* Non est. n. 1.  
de votis. qui de illo posterioris juris Divini  
genere admittunt, posse fieri propriè dictam di-  
spensationem, seu relaxationem, dueli eo ar-  
gumento, quod solvendi potestas Pontifi-  
cia protendatur super quoconque in terris  
*Morali* ortum trahente ex libero hominis ar-  
bitrio. Verum Divus Bonaventura in 4. diff.  
38. art. 2. q. 3. & *Glossa in cit. Cap.* Non est.  
*Verbo. Authoritate.* arbitrantur, ne in hoc qui-  
dem juris Divini genere posse à Papa fieri  
propriam dispensationem, sed declaracionem  
dunxat. Quid ergo hanc in re sentiamus,  
inferius in nosstrate conclusione exponemus.

*ARGUMENTUM II.*  
*Adversariorum.*

**A**rgumentari licet 2. ab autoritate Divi Thomae quodlibet 4. art. 3. in Corp. & 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3. & aliorum ejusdem sequacium Theologorum, simpliciter negantum, possit Papam in iure Divino saltem propriè dispensare. Etenim dispensatio ab inferiore circa legem superioris facta justam causam necessariè exigit. *V. leat.* At in lege Divinâ non potest esse causa, ob quam dispensatio fiat. *Propter ista probatur.* Quia cùm Deus Optimus Maximus omnes viderit casus & caulas, qui sub lege Divinâ caderent debebant, & Divina voluntas, à quâ humana lex proficitur, sit omnino immutabilis; ideo planè sequitur; tum quòd, si aliquo casu voluit legis præceptum manere, joltissimum sit, ut maneat, & justum esse non possit, ut auferatur ab inferiore. Tum quòd, si contra nolit Deus, ut lex pro aliquo casu particulari teneat, nequeat intelligi ejus relaxatio per Ponitatem facienda. Consequens igitur est, dispensationem propriam, quæ legis vinculum tollat, circa præcepta Divinæ legis à Summo Pontifice fieri non posse.

## Objectio.

9. Instari potest ex parte adversa. Ex prædicta rationis fundamento videri probatum, quod in jure Divino *absoluto* complectente præcepta non tantum *naturalia*, sed etiam *positiva*, Legis præterim *gratia*, nec non *Sacramentorum*, alteriusve rationis institutiones in Ecclesia a Christo *immediatae* factas, ne quidem interpretatio per modum Epiketæ locum habeat.

## Responsio.

10. Ita profecto sentiendum videtur, sed magis firmatur in sequenti conclusione, eò quod institutio per Christum definita tum circa materiam & formam Sacramentorum, tum circa Hierarchicum Ecclesiæ ordinem, vi cuius debeat omnes esse sub uno capite, nec non potestatis tam Ordinis, quam Jurisdictionis subordinatio, constat omnino in indivisibili, nec adeo mediante Epiketæ, admittat in substantiis variationem aliquam.

## CONCLUSIO.

11. Nullum prorsus Jus Divinum potest *Formaliter* relaxari per dispensationem Summi Pontificis, quamvis huic erga Jus Divinum ex suppositione voluntatis humanæ obligatorium, sit potestas *indirecta*, vi cuius non *Formaliter* in se ipso, sed *Materialiter* ex parte materiae solvatur juris Divini obligatio.

Explicatur ex prædictis Christi Domini verbis: *Quocunque solveris super terram, erit solum in celis*. Ex his namque verbis constat, duplice vinculi per claves Pontificias solubilis assignari formalitatem, ita ut altera sit super terram, in ipsis scilicet hominibus Papæ universalis Jurisdictioni subjectis; altera vero sit in Cælis, in ipsâ scilicet voluntate Divinâ, sùmum *Physice* causality, tum *Moralis Domini* efficaciam obligationem in homines inducente. Hoc autem sit quandoque ex absoluta Divini Domini potestate, quandoque vero ex hypothesi prævia alicuius à voluntate humanâ liberè posita actionis, velut actus peccaminosus est Divini adversus peccatorem odij concitativus, ex vi cuius odij Divini fit homo obnoxius privationi gratia sanctificantis ac præmium; cuiusmodi proinde reatus etenim est ex jure Divino, id est, Divina voluntatis, ejusque Domini efficaciam de se omnino immobili, ut tamen sit supponens voluntariam hominis actionem. Similiter Jus Divinum ex voto & juramento ortum, *formaliter* nihil aliud importat, quam voluntatis Divina spontaneas vi voti, seu juramenti Deo oblatis promissiones & obligations, ex sui tum Domini, tum Prima per Juramentum interposita Veritatis motivo acceptas, & firmas habentis efficaciam: ex qua proinde voluntatis Divinae immobili efficaciam oritur morale

de voto reddendo, ac re jurata verificanda debitum, ut sic *formaliter* importans obligationem tum Divini per voti redditionem Dominii recognoscendi, tum Divina per jurementum adductæ Veritatis reverenda. In ejusmodi proinde, ad reatum ex peccato contractum subeundum, nec non ad Divinum Dominum ex voto recognoscendum, & ad Primam Veritatem ex vi juramenti debite reverendam, iuribus Divinis *Formaliter*, pro Deo inexistunt, nihil per se loquendo, habet potestatis Pontifex Summus. Nihilominus ista jura Divina non ex *absoluto* Dei Dominio, sed ex peccati, seu voti, vel juramenti suppositione, actionis, vel passionis alicuius exactivo, fundantur super materiam, qua est sub clavis Summi Pontificis; ut mox demonstrabitur.

## PROBATIO I.

Desumpta ex potestate solvendi vincula peccatorum.

Etenim materia Divinae iustitiae vindicativa subiecta, hominisque adeo sub Divinae vindicationis judicio ac jure constituta, noscuntur esse peccata *moraliter* perseverantia. Hæc autem potestatis Pontificis per jurisdictionem vi *Sacramentalis* absolutionis exercitam *directe* ea auferre potentis clavis esse subiecta, constat ex fide. Eo ipso autem, quod materia, super quæ Divina vindicationis jus est fundatum, sit ablata, ut sic cessat istud jus Divinum, non quidem in se *Formaliter*, sed *Effectivè*, quod effectus feliciter vindicationis. Quare Ecclesia super istud jus Divinum non quidem habet per se ac directè potestatem ullam, potest tamen istud *Effectivè* spectatum, tollere *indirectè* per materiam huic juri subiectæ subtractionem; Christo Domino insinuant, si Pontifex solvet vinculum, quod est super terram, peccati scilicet moraliter perseverantis reatum, ex consequenti quali fore solutum & in calis.

## PROBATIO II.

Perita ex potestate solvendi vota & juramenta.

Etenim materia, super qua jus Divinum ex voto, seu juramento quasi partum fundatur, est actio quædam voluntatis nostræ liberè obligatoria. Eo ipso autem, quod homo baptizatus quoad actiones suas *moralis* sit sub jurisdictione Papæ, oportet, actiones voti & juramenti, non quidem *Physicaliter*, sed *Moraliter*, atque adeo quoad moralis sit perseverantiam, esse subiectas Pontificis potestatis: quare Papæ est potestas solvendi illas morales voti & juramenti actiones, carumque moralis perseverantiam. Hæc ipsis vero solutio, que non potest fieri ab querationib[us] causâ, in eo se tener, quod per motivi altioris sub ipsam obedienciam Pontifici debita consummandi applicationem, materia

vix

roti, seu juremen  
sub tal, partim  
partim secundum c  
tibus debet oblige  
nis motivo materi  
matione bono, U  
mea materia con  
exclusus solvitur fi  
te, per indicandum  
voluntate Divina  
fate acceptatio n  
unquam melioris  
litteris nos Divinom  
minis actionis rel  
littera ut diligenter  
littera tamen ex pa  
sedum hujus po  
indirectione media  
diligitor, non  
led Effectivè tolli  
fi, com juris  
causam peccata non  
diffundatur præ  
soluto. Domini  
ibidem Dominum  
que adeo effectu  
hominis volunt  
quid potestatis  
dispensare in p

Coronis lo  
hic attexcere  
per decurium ex  
de libert. Ecclesiæ  
um quædconce  
dium juri dicitur  
dat? Explicat  
Facit equidem  
Christi Summis  
Pensi curam, &  
reliquis Ecclesiæ  
temper sit fides  
ann. 21. Rogati  
tus, & in aliquo  
Lxx. 22. Sed vi  
illa Romanorum  
lum circa Pacific  
luis attendant, i  
criptas à Christi  
tegulis gubern  
detes, Prælatis  
extenderat, dum  
socij non delong  
Pontificem pot  
extra ordinem  
penunt.

In quo rep  
authoritas, nos  
perpetuum fu  
tempore, vel c  
mitatum, impe  
mbris comm  
fida, & chanc

## De Apost. erga SS. Canones potestate. 433

voti seu juramenti reddatur inepta, ita ut sub tali, partim secundum rei naturam, partim secundum congruam obedientiam Pontifici debita subjectionem, perfectioris virtutis motivo materia ejusmodi non jam sit de meliori bono. Unde ipsam voti & juramenti materia tunc per Pontificis potestatem etenus solvit super terram, ut consequenter, per indirectum in cælis etiam, in ipsam voluntate Divinæ, non intelligatur amplius stare acceptatio materie per votum oblatæ, tanquam melioris boni. Constat igitur, qualem jus Divinum ex suppositione libera hominis actiones resultans, non quidem formaliter sit dispensabile per Pontificem, materialiter tamen ex parte materie etenus sit subjectum hujus potestati, ut consequenter, ac per indirectum mediante Pontificis potestate, intelligatur, non quidem formaliter in se ipso, sed Effectivè tolli jus Divinum. Unde etiam fit, cum juris Divini absolui obligatio etiam passiva non radicetur in homine, sed diffundatur præcisè ex Divina voluntatis absoluto Domino, neque Papa aduersus istud Dominum, eisque causitatem, atque adeo effectum, ex hac præcise, non vero hominis voluntate promanantem habat aiquid potestatis, non posse etiam materialiter suspendere in jure Divino absolu.

## §. III.

## Corollarium finale.

4. Coronis loco visum est operæ pretium, hic attexcere ex singularibus rationibus per decurium exponendis, ab Authorē tract. de libert. Ecclesiæ Gallicane lib. 6. cap. 3. motam questionem; Vtrum Papa habeat immediatam jurisdictionem super Ecclesiæ universæ fidèles? Explicatur quæstionis hujus status. Patentur equidem omnes Catholici datum à Christo Summis Pontificibus in persona B. Petri curam, & potentiam invigilandi super reliquos Ecclesiæ Pastores, maximè ut talia semper in fides & Religio. Pascœ oves meas Jo. ann. 21. Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. Sed videntur aliqui dubitare, utrum illa Romanorum Antislitum authoritas solum circa Pastores veleatur, ut illi gregibus suis attendant, illolque, ac scipios juxta præscriptas à Christo, & ab Ecclesia universa, regulas gubernent: an vero etiam ad fidèles, Praelatis inferioribus subditos, sece extenda, dum superiores immediati suis officiis non deflent. Concedunt enim, Summum Pontificem postea aliorum defectus supplere extra ordinem, dum ordinariæ viæ non luptentur.

5. In quo deposita esset Romani Pontificis authoritas, non satis clare statim omnibus perspectum fuit. Quia enim perfectionum tempore, vel schismatum, aliarum calamitatum, impedita erat exterior Capitis cum membris communio, stante tamen interna fidei, & charitatis unione, vix à Romano

Pontifice ad alios præsertim remotos Pastores, aut greges primis tribus facultatis aliud, quam quadam Episcopatæ, pervenire potuit. Quamobrem Episcopi populos, ac le ipsos à tanto tempore suo iudicio, vel cum aliorum consilio regere soliti, Papæ autoritatem ab imponentibus, quibus distinta fuerat, solaram, non tam subito excepterunt, sed alij citius, alij tardius, nunc in illo, nunc in illo capite, prout se offerebat occasio: donec integrum libertatem consecuta, suam ubique robur obtinuit; quamquam varijs motibus, modò ex Hæreticorum, modò ex Schismaticorum, modò ex corrum etiam, qui ab Ecclesia non desceiverant, parte, impeti nunquam deslit.

Et ne contra institutum nostrum extra Galliam evagemur, non defuerunt in eo Regno, qui Summi Pontificis Primum à Christo fundatum confitentes, id tantum muneris, & potestatis ei assignarent, ut daret operam, ne Pastores à proprijs suis officijs recederent: ceterū non posse Papam, nisi propter illorum negligentiam, aut malitiam in foro externo caucarum judicium ad se trahere; sed tunc tantum eas judicare, cum ad le per appellationem, aut aliam viam juridicam essent devolutæ; nec in foro interno penitentia Sacramentum per se, vel per alios conferre, renitentibus proprijs Parochiis; eandem ferè, nec majorem in omnes Provincias Romano Pontifici, quam unicuique Metropolitano in suam provinciam, facultatem tribuentes.

Hujus opinionis præcipuum videtur esse fundamentum, quod, cum Episcoporum jurisdictione a Christo ipso immediate profixa erit, non possit eam Summus Pontifex vel tollere, vel immuinere, nec statutum à sponso Ecclesiæ ordinem confundere; cuius potius servandi causa, majorem ceteris accepit potestatem.

## ILLATIO I.

## Refutatoria prætælii fundamenti.

NON illa duntaxat sententia, quæ jurisdictionem Episcoporum dicit, esse immediate à Christo, falsitatis alibi probanda est merito redarguenda, sed hoc etiam posito, minimè tamen concessio, ita refellitur præmissum fundamentum. Quemadmodum enim Episcoporum jurisdictione immediata in omnes suarum Dioecesum fideles, quibus particulares Parochi præsunt etiam jure Divino, ut plures Scriptores Gallicani volunt, Ecclesiæ illarum particularium ordinem non pervertit, quamvis Episcopus possit non solum invigilare, ut Parochi officijs suis rite fungantur, sed etiam Parochianos per se gubernare, illorum confessiones per se, vel per Confessarios Delegatos audire, aliaque omnia officia Parochialia gerere. Ita non sequetur Ecclesiastica Hierarchia confusa, et si Summus Pontifex in aliorum Episcoporum Dioecesibus functiones omnes Episcopales per se, vel per alios exercendi habeat facultatem.

cultatem: et si Episcoporum jurisdictio non à Summo Pontifice, sed à Christo ipso manaret, quam questionem alibi fusē prosequemur.

19. At, inquires, illa regiminum multiplicitas multa haberet incommoda. Si enim diversa essent, confusione non possent non parere, ordinariorū Pastorū contempnum inducere, scandalum excitare, charitatem minuere, &c. Verū illa ipsa mala consequuntur, cū Episcopi in Parochorū, præstertim iuxta Canoniam disciplinam proprios, ac Parochianorū mores recte instituent Parochias, extraneos Sacerdos immitunt, quorum est vivendi, & gubernandi ratio diversa. Ubique obest multitudine inordinata: ubique prodest, si ordinem sequatur: si omnes eundem finem intendant, omnes ad amplectenda opportuniōra media parati sint, jucundiā, expeditiū, ac feliciū ad metam omnes pervenire. Si quisque, quod luum, non quod Iesu Christi est, querat; si suo quisque iudicio duci, non aliorum consilium audire, nedum non sequi voluerit, pacis, ac tranquillitatis, fructusque omnis jaēuram sequi, necesse est. Sic te res omnēs humanae habent. Quotusquisque est, qui suā interdum autoritate non aburatur. Si ergo legitima non ceneatur potestas, quā quis abuti potest, & qualitatē inter omnes homines reponere oportebit, ex quo grayiora, & numerosiora pericula certissimē orientur.

20. Debent quidem Summi Pontifices Canones, præstertim Conciliorū Oecumenicorum, quorum sunt Custodes, & exequi, & exequendos curare: nec Pastoribus, greges suos recte administrantibus, obstat, aut in eorum regimē sine necessitate se ingrēre debent. Concordata tervare, ac quācumque pacis sunt, lectari. Si fecus agunt, humiliiter monendi sunt, imo & liberē, si opus sit: non tamen idcirco debita officia prætermittenda. Quid tam indignum tibi (verba sunt S. Bernardi ad Eugenium III. de considerat. lib. 3. cap. 4.) quam ut totum tenens, non sis contentus toto, nisi minutias quasdam, atque exiguae portiones ipsius tibi credita Universitatis, tanquam non sint tuae, satagis, nescio, quomodo adhuc sacere tuas. Erras, si sit summam, ita & solam institutam à Deo vestram Apostolicam authoritatem existimas. Si hoc semis, dissentis ab eo, qui ait: Non est potestas nisi à Deo. Et licet ibidem gravissime conqueratur apud Eugenium III. de exemptionibus, quibus inferiores superioribus immediatis subtrahebantur; expresse tamen declarat, eam & quidem summam, & plenissimam penes Romanum Pontificem esse potestatem. Si faltando, inquit, probasti, vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitia forte non ita. Fassis hoc, quia potestis, sed utrum hoc debeat, quæstio est.

21. Adeò certum habebat sanctus ille Abbas, jurium Episcopaliū, & Hierarchici ordinis nihilominus studiosissimus, Summum Pontificem in Christianos omnes, etiam laicos, jurisdictionem immediatam habere, ut illud tanquam indubitatum supponens, authoritatem in Episcopos ipsos tanquam aliquid ma-

jis extollat. Habet ( inquit de considerat, lib. 2. cap. 8.) sibi illi assignatos greges, singulis singulos, tibi universi crediti, uni unus. Nec modō ovium, sed & Pastorū tu unus omnium Pastor, &c.

Magni ponderis est sine dubio hujus. u Doctoris authoritas, & Gallis magnopere veneranda, utpote à Gallia oriundi, in Galia educati, Gallicanorum Episcoporum jurisdictionis strenuissimi Patroni, Summis Pontificibus, eorumque Curia adulari nesciūt. Cū esset reliquorum Ecclesiae Patrum doctrinā instruētissimus, illorumque vestigis, ut in alijs, ita in hac quoque materia sine dubio inhārebat. Suo autem exemplo docet nos, de abusibus potestatis conqueri licere; nec tamen ob abusus, potestatem ipsam à Deo concessam negari posse.

## ILLATIO II.

### De potestatis Pontificie amplitudine.

PRAELEGATUS Author eod. cap. 3. n. 9. causē, præfentis statum ita prolequitur. Si Summi Pontificis, inquiens, potestas ex jure Divino metuenda est, amplissimam illam esse, concedendum erit, cū in rebus spiritualibus nullam exceptionem legamus à Christo apostolam; & communis sit Iurisconsultorum cum Bartolo tentativa quæst. 9. n. 11. ubi lex generaliter loquuntur, & non distinguunt; nec nos distingue re bennus; aut, ut apostolus ad propositum nostrum S. Bernardus nihil excipit, uti distinguitur nihil. Dum enim Christus Petru frates confirmare præcepit, eo nomine omnes complectebatur fideles. Quotquot enim eundem Patrem Deum, & eandem Matrem Ecclesiam agnolunt, fratres passim in latus litteris nominantur.

Dum etiam Christus Petro pascendas oves commisit, non solos commendavit Praetatos, qui sunt velut gregis arietes, sed & superiores, & inferiores, non solū oves, sed etiam agnos, ut, qui à Petro, & ejus Successoribus pasci reculer, Christi se nec ovem, nec agnum esse, fateatur. Sanctus Leo serm. 3. de sua assumptione, sanctum Petrum à Christo electum docer, ut omnes gentes ad fidem vocaret, ut Apostolis, & Praetatis reliquis præfesser, ac denique ut omnes Christi fideles regeret: De toto mundo unus Petrus elegitur, qui & universarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patriis preparatur, ut, quamvis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multique Pastores; omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.

Author libelli, in quo describitur existimatum, & mors S. Martini Papæ, quique habetur inter illius sancti Pontificis Epistolas in sexto tomo Conciliorum Patris Labbei, appellat eum sub initium, *Sacerdotum Principem, & Apostolicum Vniuersalem Papam: circa medium autem, Summum & Apostolicum, atque præcipuum Pastorem omnium Christianorum.* Ex illius ergo Authoris, S. Martino coetanci (restatur enim, sc. quæ narrat, ex parte vidisse, ac recenter ge-

ita)

verbis constat,  
65; Romanum P  
liorem mandat  
duplicem præci  
stionum dicebat  
cūq; iller Pastor  
palecendi per le  
Quo ratio probab  
scitab initio Pa  
exhibitione C  
tan in illos jure  
lētum significati  
calatis Theolog  
per edita, Roma  
Divino in Ecclesi  
n partē teneant  
tibus episcopis

III  
Depraxi Antiqu  
deratione

Pergit in Aet  
Quia ulios, or  
videndum est,  
cū præcisus illi  
Papa poter  
clariss cogniti  
zro aliquia i  
suerint, tamen  
omnino à Ty  
ejus exercitorum  
nes Episcopos  
moverit, non  
refulgorem,  
et illariorum  
Christianos P  
quam dum in  
ut, neđum  
bus ipsi imm  
judicantur; ut  
fui, primū  
ritatem, & a  
dēndere dilig  
beant. Atq  
Etorum ab E  
Jum privatore  
monitum  
quidem subd  
rīt Episcopis  
Marca lib. 4.  
roficiat Par  
ront, ut  
demonstrau  
Jos illud  
lebernitum B  
for Petrus E  
erg, & ubi ju  
ni, inquit, &  
Episcopis vob  
abducantur  
et secesserunt  
Nec odip  
tūcūm ullar  
um tūm ell  
hecidūm

verbis constat, tunc scilicet circa annum  
653 Romanum Pontificem habuisse jurisdictionem immediatam in omnes fideles, quandoquidem praecipius Pastor omnium Christianorum dicebatur. Quomodo enim praecipius esset Pastor eorum, quos regendi & pacendi per se potestatem non haberet? Quae ratio probat, Simumm Pontificem, sicutab initio Pastor omnium Christianorum ex institutione Christi exitit, ita immediata in illos jurisdictionem semper obtinuisse.

Idem significare videntur haec verba Facultatis Theologicae Parisiensis in censura numero edita, Romanum Episcopam unum esse jure Divino in Ecclesia Pontificem, cui omnes Christiani patre teneantur; que in multis antiquioribus ejusdem Facultatis Decretis leguntur.

### ILLATIO III

*Depraxi Antique Ecclesie circa usum seu moderationem Pontificie potestatis.*

27. Pergit is Author à n. 13. ita ratiocinari. Quia usus, optimus habetur legis interpres, videndum est, quæ fuerit auctoritas Pontificie praxis illis temporibus, cum ea liberet uti Papæ pouverunt, cumque diligentius, & clarius cognita fuit. Quamquam enim omnino alia identidem ejus specimena edita fuerint, tamen cum per tria prima facula ferè omnino à Tyrannis ligata fuerit, ideoque ejus exercitium quasi novum quiddam aliquoties Episcopos, prælertim Africanos, commoverit, non potuit tam citò suum explicare fulgorem, & omnibus innotescere. Non est illustrior suprema, atque immediate in Christianos Pontificia jurisdictionis usus, quam dum immediatus Pastoribus subtrahitur, nedum per concursum cum Pastoribus ipsis immediatis, aut per præventionem judicantur; maximè si Pastores ipsi immediati, primùm quidem renentes ob rei notitatem, & a novitate ortam obscuritatem, deinde re diligentius expensâ, assensum praebant. Atqui plurima sunt exempla subdatorum ab Episcopali jurisdictione, non solum privatorum hominum, sed etiam Communatum, & Ordinum integrorum; cui quidem subdictioni, licet aliquamdiu restiterint Episcopi, ut videat est apud Petrum de Marca lib. 4. cap. 8. & passim in Historia Universitatis Parisiensis; postea tamen acquireverunt, ut ex antiquâ & pacifica possessione demonstrarunt.

Jus illud Summi Pontificis declaravit celeberrimus Ecclesiastice jurisdictionis defensor Petrus Bertrandi Episcopus Eduensis de orig. & usu jurisdictionum quælibet. 3. Omnes Christiani, inquit, Principes terre, & ceteri homines, Episcopis obedire debent, ut B. Petrus præcepit. Ab hac tamen obedientia seu subdictione Papa, qui est supremus, potest aliquis eximere.

Nec objici potest, illud Summorum Pontificum usurpationi tribuendum: temerarium enim esset, injustitiae tam odiosæ Pontifices damnare, pietate, ac doctrinâ insignes,

ac quorum etiam merita Deus miraculis illustravit, aut Episcopos Gallicanos sanctitate, ac rerum Ecclesiasticarum peritiam conspicuos in tuendis proprijs juribus, seu potius Ecclesiastice Hierarchie ordine defendendo, fœcordia incusare. Sanctum Gregorium Magnum ab usurpandâ jurisdictione ceterorum Prælatorum, ut ejus facta, & scripta declarant, alienissimum, ejusmodi exemptiones concessisse, testantur plures ejus Epistolæ, v.g. Monasterium Virginum Augustodunenum ab Episcopali jurisdictione exemit, a Regina Brunichilde rogatus: nec instrumentum ab Episcopis impugnandum tanquam invalidum, sed supprimendum tanquam minus gratum meruit, ut significaret ejus ad Reginam Epistola, quæ est octava lib. ii. quamque lib. 2. adversus Launoium defendimus; Nos itaque pro munitione locorum, de quibus Excellentia vestra scriptis, omnia, sicut voluit, sancire studiavimus: sed ne fortasse ab eorum locorum Prepositis eadem Decreta quoquo tempore supplicantur, pro eo, quod eis quadam interdicta esse noscuntur, hac eadem constitutio gestis est publicis inferenda, quatenus sicut in nostris, ita quoque in Regalibus seruirs teneatur.

Quin etiam de universa Ecclesia pessimè sentiret, qui eam errasse putaret in approbadis ijs, qua Romani Pontifices circa fideles præstiterunt, non consentientibus, aliquando etiam repugnantibus illorum Episcopis, alijve eorum Prælatis inferioribus. Quot enim sacrilegia perpetrata fuissent, quoque alia peccata commissa, si v. g. cum facultate à Papa immediate concessâ non potuissent Religiosi, aut alij fideles sua peccata confiteri Confessariis ab ipso affligatis sine licentia, vel etiam contra prohibitionem priorum Parochorum, aut Episcoporum?

Concilium Generale Lateranense anno 1215. cap. 5. expiè affirmavit, quod Romana Ecclesia disponente Domino, iuper omnes alias ordinaria potestatis obtinet Principatum, utpote Mater universorum Christi fidelium, & Magistra.

Eandem doctrinam professi sunt Doctores Gallicani etiam à tempore schismatis. Thomas ab Argentina Praeceptor Theologiae in Academia Parisiensi circa annum 1445. in 4. Sent. diss. 24. 4. 4. sic scripsit; Ratione officij super Presbyteralem dignitatem inveniuntur in Ecclesia quinque gradus singularis dignitatis, quorum primum tenet Episcopi, secundum Archiepiscopi, tertium Primates, quartum Patriarche, quintum Papa, sive Romanus Pontifex, à quo tota Monarchia fidelium tanquam ab uno Princeps, universalis, & cum hoc immediatam habent potestatem super omnes, & singulos Fideles, cuiuscumque conditionis existant, convenientissime gubernatur.



K k k

D I S-